

- 2) Nach den Angaben von Dr. E. Bürgisser, Bremgarten, könnte es sich um Johann Ritzart handeln. Dieser war zwar "secretarius capituli" und nicht "Sextarius". Vielleicht liegt ein Verschrieb des Kopisten vor.

Kopie des bischöflich-konstanziſchen Kommiſſars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 199^V-200^F

79

1687 Oktober 24., Bremgarten

A

SCHREIBEN DES [SEKRETAERS DES DEKANATS ZUG-BREMGGARTEN, JOHANN RITZART?¹, AN DEN PFARRER VON EGGENWIL?, ROCHUS WEISS]²

"Non sine dolore percepi controversias quardam motas esse inter R. suam D. et Consanguineos meos Kydionos [=Johann Heinrich und Karl Franz Kyd], concernentes causam Matrimoniale[m] [Ehestreit in Sursee zwischen Johann B u o b einerseits sowie Ottilia R ä s s und Franz Karl Kyd anderseits] et literas falsas inde emanatas, quas tamen ob diversas relationes sibi e diametro contrarias difficile erit probare, stante firmiter pro parte innocentis collegio Surlacensi pro ut ex literis probe cognovi, cum proinde vituperia satis graviora in meas ex hac imaginaria persuasiones fluxerint, ac etiam conminatoria, quae absque laesione famae tollerari non possunt, et modo negotii cardo in hoc unico versatur, ut tollantur vituperationes utrinque factae absque diminutione Authoritatis Vestrae libenter viderem (quod et rogo, et ex nostra parte laesa seu medium reconciliationis offertur) si in praesentia inter utramque partem fieri posset amicabile composicio, adeoque plenaria pacificatio, quod et futurum spero, et desuper mentem ipsius exspecto, ne ex tenaci utrinque oppositione magna fiat inter nos Collisio et sic motio Causae principalis sopiri queat, sin minus? Ex minus principali oriatur actio, quae non sine magno incommodo in Caput nocentis, quisquis ille sit, redundabit, haec ex fraterno, et vere amico animo cuique auctoritati et existimationi et amicitiae inter nos in omnibus consultum volo et maneo."

- 1) Aufgrund der Tatsache, dass laut Taufbuch Bremgarten Franz Karl Kyd 1647 als Sohn von Johann Melchior Kyd und der Elisabeth Ritzart geboren wurde, lässt sich vermuten, dass es sich beim Absender um den Sekretär des Dekanats Zug-Bremgarten, Johann Ritzart, handelt, vgl. die Formulierung in der zweiten Briefzeile "Consanguineos meos Kydionos". Und zwar war Johann Ritzart ein Neffe der obgenannten Elisabeth Ritzart und somit ein Cousin von Franz Karl Kyd.

2) s. auch AH 57/75-78, 79A

Kopie des bischöflich-konstanziischen Kommissars in Zug?, Johann Jakob Schmid - AH 57, 200^r

79 A

[1688]

A

UEBERLEGUNGEN ZUM EHESTREIT ZWISCHEN OTTILIA RAESS [UND FRANZ KARL KYD EINERSEITS UND JOHANN BUOB ANDERSEITS, VERFASST VOM VIERHERRN DER LIEBFRAUENPFRUENDE IN SURSEE?, JOHANN HEINRICH KYD, ZUHANDEN DES BISCHOEFLICH-KONSTANZISCHEN KOMMISSARS IN LUZERN?, NIKLAUS LEONZ LUDWIG PEYER IM HOF]¹

"Omnis res, per quascunque causas nascitur, per easdem dissolvitur, et obligationes, quae consensu contrahuntur, contraria voluntate dissolvuntur etc. propria enim confessio est optima probatio.

Semel enim malus, semper praesumitur malus.

Deceptis enim non decipiendis Jura subveniunt.

Dammum enim, quod quis sua culpa sentit, sibi debet et non aliis imputare.

Judicis officium est dirimere lites, non protrahere, vel differe, cum expeditus Judex longissimas deploret processus.

Constitutio Synodalis tit. 16 de matrimonio et impedimento N. 6.

quod si impedimentum aliquod ex proclamationibus deprehensum fuerit, tales a parochis minime copulentur, sed ad nostrum Consistorium pro declaratione remittantur, qui vero falsum aliquod impedimentum malitiose attulerit, eum praeter alias Juris poenas excommunicatione feriemus.

et cum nuper Otilia Rass [=Räss] de crimine falsi propria confessione non potuit convinci, non idcirco statim absolvenda est, sed cum sit onerata gravissima suspicione criminis, indicenda est illi denuo purgatio, qua iureiurando innocentiam suam testetur, quam si non praestiterit, tanquam convicta de crimine poenae subsequitur etc. Non tamen cuilibet Reo haec purgatio indicenda est, sed tamen fide digno, unde qui antea in furto, aut periurio, aut falso testimonio depraehensus est, ad hanc purgationem admitti non propter metum periurii, sed aliter pro arbitrio Judicis se purgabit, sic loquitur Glossa. Jtaque pars laesa pronunc comparet et instat, ut per Judicis sententiam tres taleri attribuantur ei, ad quem de Jure spectant ac debentur cum plenaria refusione expensarum, quas hactenus, durante lite, passa est.

Quare denuo Otilia Räss non attentis sumptibus, citetur, per quaecunque Juris